Fragmentarium

[…]licas deprecamur suppli-
[…]tione dicentes In natiuitate
[…]ni prefatio dicitur et ceteris
Eterne deus quia per in-
carnati verbi misterium no-
ua mentis nostre oculis lux
claritatis tue infulsit Vt dum vi-
sibiliter deum cognoscimus per hunc
[in]uisibilium amore rapiamur Et
[ideo] cum angelis et archangelis
[t]hronis et dominationibus cumque
[om]ni militia celestis exercitus
[hy]mnum glorie tue canimus sine
[fine] dicentes In epiphania domini
Eterne deus quia cum unigenitus tuus in substan-
[ti]a nostre mortalitatis appa-
[ruit] noua nos immortalitatis
[sue lu]ce reparauit Et ideo cum ange-
[lis et] archangelis In quadragesima
Eterne deus qui corporali
ieiunio uicia comprimis
[men]tem eleuas uirtutem largiris
[et premi]a per christum dominum nostrum Per quem
[maie]statem tuam In cena domini
Eterne deus qui salutem
[hu]mani generis in ligno crucis
[constitui]sti ut unde mors oriebatur
[inde vi]ta resurgeret et qui in ligno

[…]cetur per christum dominum nostrum Per quem
maiestatem tuam In resurre-
Vere dignum et iu- ctione domini
stum est equum et salutare
te quidem domine omni tempore sed in hoc
potissimum die gloriosius predi-
care cum pascha nostrum immolatus
est christus Ipse enim verus est agnus
qui abstulit peccata mundi Qui
mortem nostram moriendo destruxit
et vitam resurgendo reparauit Et
ideo cum angelis In ascensione domini
Eterne deus per christum Prefatio
dominum nostrum qui post re-
surrectionem suam omnibus discipulis
suis manifestus apparuit et ipsis
cernentibus est eleuatus in celum
ut nos diuinitatis sue tribueret
esse participes Et ideo cum angelis
In festo penthecosten Prefatio
Eterne deus per christum domi-
num nostrum qui ascendens super
omnes celos sedensque ad dexteram
tuam promissum spiritum sanctum hodi-
erna die in filios adoptionis
effudit Quapropter profusis gau-
diis totus in orbe terrarum mundus
exultat Sed et superne uirtutes
atque angelice potestates ympnum

Fragm. lat. 17
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK LEIPZIG

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 17, 1v – Missale
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-uxw7/111/2183)